



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)



N hac causa communitatis Bononiensis contra homines Butrii primo considerandum est, quod communitas prefata ante concessio nem priuilegiorum Butriensibus facta erat in quadam quasi possessione, seu melius loquendo in illo statu obseruationis suorum statutorum, quibus cauetur, quod nullus possit exercere artem canapis, nisi in ciuitate Bononiae, & quod omnes subditi teneantur singulis annis canape ad ciuitatem conducere, & quod nullus possit canape rude extra territorium extrahere. Et cum ipsa communitas Bononiae absque facto, & culpa sua, ea quae non citata fuerit a Butriensibus tali statu priuata, & sic status praedictus fuerit per Butrienses ad praedictum di ctae communitatis, & habitantium in ciuitate immutat us, sequitur, quod ea debet ante omnia ad statum suum restitui, quia non solum, quando quis est sua possessio ne, uel quasi priuatus, est restituendus, sed etiam, quae do status suus est iniuste immutatus, agere potest, ut ad pristinum statum suum restituatur, argumento c. final. de restitutio. spoliatorum. & est tex. secundum quod intelligitur in obligatione personali. in c. querela. extra de electio. in finalibus. uerbis. & ibi expressit Anto. & domi. Cardi. & bene facit glo. in c. nullus. l. ultimo. 2. quae. 2. ubi iniuste excommunicatus potest agere, ut ad pristinum statum communionis hominum contra excommunicationem restituatur. Quod autem communitas Bononiensis hoc statu suo fuerit iniuste pri uata, constat ex eo, quod ipsa non fuit ad concessio nem priuilegiorum citata, quae si uocata fuisset, Papa non concessisset, uel non ita facile, ergo iniuste priua ta fuit. c. licet episcopus. cum similibus. de praeben. in 6. Item quia occasione priuilegiorum alicui etiam a principe concessorum quis priuari non debet sua pos sessione, uel quasi, aut statu, in quo constitutus repe ritur, nisi eo legitime citato, & iuris ordine seruato, ad textum in l. meminerint. C. unde ui. & c. conquerere. de restitutio. spoliato. ergo ipsis Butriensibus pre tena sua priuilegia apostolica non suffragantur, quin communitas Bononiensis restituenda sit ad suum pristi num statum obseruationis statutorum, & exercitii, seu artis canapis, quae statuta olim ante praetenam pri uilegia Butrienses ipsi sciuerunt, ac seruauerunt, ut ex uerbis dictorum suorum priuilegiorum praesupponi ui detur. Praeterea dicta priuilegia ob stare non debent, quia causa, ob quam fuerunt concessa, iam diu ces sauit, nam fuerunt concessa in recompensatione quo rundam damnorum passorum, tempore, quo ciuitas Bo noniae obsessa fuit, quae damna in centuplum sunt re staurata, & resarcita, tam uirtute dictorum priuilegio rum propter artem canapis in dicto castro factum, quam propter immunitates hac de causa a commu nitate Bononiae dictis hominibus, & locis concessas, ergo cessante causa priuilegiorum debent ipsa priui uilegia cessare ad nota. in c. cum cessante. de appella tio. nam secundum uarietatem rerum priuilegia sunt mutanda, & uarianda. c. uidentes. 1. 2. quae. 2. c. non debet. de consanguinitate. & affinitate. §. rerum. 63. distin ctio. & l. non tantum. §. eos. & ibi Bartol. ff. de excusa tio. tutorum. l. nec maritus. & ibi Bartol. ff. de excusa tio. tutorum. Bald. in rubr. C. de usuris. in 2. quae. 2. & Bartol. in l. Paulus. in fine. ff. de acquirend. heredita. ¶ Rursus huiusmodi priuilegia Butriensibus conce ssa ceperunt esse, & sunt ciuitati, & communitati Bo noniae ualde praedicialia tum ex eo, quod mercato res, & operarii canapis, derelicta ciuitate, in qua artem Canapis exercere soliti erant, & ex hoc totus popu lus ciuitatis maximum commodum sentiebat, se ad dictum castrum gratia hanc artem exercendi tran stulerunt: quo fit, ut ciuitas, & populus incommodu

nomina eorum, qui baptizantur, describunt ab eo, qui fuerit ab episcopo Bononiensi deputatus, ut habeatur in statuto ciuitatis huius posito sub rub. qualiter procedatur, si super aetate contentatur. ¶ Vltimo ca pitulo dubium respiciens personam dicti Simonis, & breui ter concludo, quod ipsum potuisse denominare dictum Mattheum uerum, & legitimum possessorem, cuius nomi nis Simo dicitur possidere, ueluti supra dictum fuit, per quod denominationem amplius contra ipsum Simonem non est procedendum, sed contra Mattheum denomina tum iuxta not. per glo. in c. quicunq. 12. q. 2. & per Bar. in l. 2. Cuius in re act. & ibi omnes communitates, idemq. iuxta Ant. de Butr. Abb. & ceteri in c. quonia frequer. & ut super ut lit. non contest. & sequitur Sozi. in l. 1. re, quae nobis 110. q. prin. ff. de acquir. pos. Nec obstat, quodam ratificatio facta per dictum Simonem de instru mento condictionis factae per eius fratrem, & promissio nis de solido affectus, ut in eo continetur. Quonia remi sionem, quod talis ratificatio, seu promissio facta fuerit per ipsum Simonem detentum, & carceratum, ut ex eius inspectione apparet, ergo ex ea tanquam metu facta non debet ad aliquid solucndum cogi. l. qui in carece esse uerum, quando metus contraheret, seu se obli garet illi, ad cuius instantiam esset detentus, secus si alii, ut ibi per Bar. Et in casu nostro Simon erat deten tus ad instantiam Matthei, & promissit, seu se obligauit Carolo, qui procurabat, & agebat, ut relaxaretur. Res pondere potest, quod aut Simo erat iuste detentus ad instam tiam Matthei, qui fecit illum detineri, & capi pro debitu affectu rei, de qualis praesens uertitur, & habemus instantiam, quia apparet dictum Mattheum esse & quoad re, & quoad solutionem affectum preferendum, aut Simo erat iniuste detentus, prout pars aduersa tunc dicebat, & affirmabat, & tunc promissio facta in carcere a car ceato etiam illi, ad cuius instantiam non erat carceratus, non debet ualere, ex quo facta fuit ab eo, qui iniuste erat carceratus, ut a carcere liberaretur, ueluti notab. in l. Paulus. de Castro in l. non interest. C. quod metus causa. Lams Deo.

S V M M A E.

- 1. Ad hanc praesentem, quo quis fuit iniuste priuatus, sicut ad pos sessionem, restitutio recte petitur.
- 2. Insuper possessione, suoque statu quis absque citatione, & uia iniuriatur.
- 3. Etiam occasione priuilegii a principe concessi.
- 4. Priuilegia cessare debent, illorum causa cessante.
- 5. Priuilegia secundum uarietatem rerum mutanda sunt, & uarianda.
- 6. Artes, & manufacturae extra ciuitatem exerceri est damnum, & in commodum ciuitatis, ac eius populi.
- 7. Priuilegium incipiens esse ciuitatis, seu bono publico, & uniuersali, uel alteri praedicialia debet extinguere, & reuocari.
- 8. Ciuitatem magis, quam castra hominibus liberis repleti reipubli cae interest.
- 9. Priuilegia conservari, & ampliari potius, quam minui debent.
- 10. Priuilegium propter subreptionem, & obreptionem est nullum.
- 11. Priuilegium indignum quis propter illorum abusum efficitur.
- 12. Artes, & negotiationes sunt in ciuitatibus, & non extra exercenda.
- 13. Pauperes quomodo considerentur.
- 14. Pauperum paupertatis, seu pietatis intuitu nulli facere debemus.
- 15. Reprobata, & ciuitatis causa est magis fauorabilis, quam castro.

E P I T O M E.

Ciuitatem statu obseruationis suorum statutorum absque citatione ex priuilegio a principe alicui castro etiam non obstantibus statutis dictae ciuitatis concessio iniuste priuata, & ad suum pristinum statutum restitui debere. Et priuilegium alicui castro concessum de exercendo in eo aliquam artem, & negotiationem contra statuta ciuitatis non ualere, & esse reuocandum, hic demonstratur.

um
t. l. non eo
C. de procura
iter. C. qui lega
ostio, dictum
licet ad facien
a in laudo. de
tamen adme
ere, q. Martine
upillus, & con
iuxta. l. pupilli
illud rati
natum habito
re, nisi eo fact
ff. de aucto
& facit l. i. C.
nis uoluit Bal.
olutio. dicens
e ratum, cen
etatis legit
pium Bal. in
Acti nomi
promittend
est habere
habentur per
de condic
pista erat
us Matthei
procurator
potest rati
quando debet
um elset, ut
ita uult Bar.
tor. tuto. Non
lam tutor dan
quia respone
rista non uo
o erit legit
ofse facere
set fieri, nisi
auctoritas ill
imo quia illa
tent cogit
arthei pupilli
o tutele datur
e nulla, ut
cinus. cum
ctus tutor
am quod cit
relax. inger
to. omnes
e admini. tu
ia cessant, ex
Baptista temp
is illius, nec
m sapientia
Quod autem
probatum, &
tur nomina
ur, qualiter d
arolis, & Cam
tizatus fuit d
um factum fuit
it latu eode
eode anno, d
is lecta, & la
ia per dictu
fuerunt intra
num 25. ager
e minoris ar
la ppare p libe
non



6 ex hoc sentiat ad tex. cum glo. in l. i. ff. de nundinis ¶ & in l. i. cum ibi not. C. eod. tit. ubi nundinae alicui perso-
 nae, uel loco concessae, ut illis extra ciuitatem utriusq[ue] sint, dicuntur ad illius utilitatē, & in prauidicium ci-
 uitatis, seu uniuersi populi concessae. Felin. in c. cū ac-
 cessissent. in 11. colum. de constituto. & ideo facile
 huiusmodi priuilegium cessat, & extinguitur, ut ibi.
 7 Sed ¶ iusta causa cessandi, & extinguendi priuilegiū
 est, quando incipit esse prauidicium ciuitati, seu bo-
 no publico, & uniuersali, uel alteri, ut est, tex. notabi-
 lis in c. suggestum. & ibi plenē habetur extra de deci-
 mis. hac de causa priuilegia Butriensibus concessa de-
 bent censeri reuocata, uel saltem sunt reuocanda. Pa-
 titur etiā cōmunitas Bononię p̄ inirectū, quoniā ci-
 uitas Bononię p̄ huiusmodi priuilegia destituta fuit,
 & in dies derelinquitur ab operariis, & mercatoribus
 artis canapis, qui se alio transferunt: propter quod &
 uectigalia portarū, macinā, salis, & similia patiun-
 tur, & domus ciuium, & mansiones, ac apothecae ha-
 bitantium in ciuitate derelinquuntur, & uacuae rema-
 nent, quod quidem contra publicam utilitatem esse
 dicitur, cum ¶ reipublicae interfit ciuitatem magis
 quā castra liberis hominibus repleti, non autē de-
 relinqui, ut in l. i. ff. solu. matrimo. & ¶ uectigalia con-
 seruari, ac ampliari potius, quā minui, argumento
 l. uectigalia. ff. de publica. l. ex praestatione. l. penes.
 & l. uectigalia. C. de uectiga. commif. ubi casus.
 ¶ De ¶ multiplici etiam subreptione, & obreptio-
 ne dictorum priuilegiorum dici posset: quo fit, ut
 dicta priuilegia sint ipso iure nulla, & cōmunitas
 Bononię de eorum nullitate agere possit, ad not. per
 doctores maximē per Abb. in c. ceterum. de rescript.
 in c. ad audientiam. il. 2. & c. constitutus. ibique Inno-
 cen. eodē titu. c. 1. & 2. de fil. presbyt. i. 6. ¶ Itē ¶ Butriē-
 ses priuilegiis sibi concessis sunt abusi, exercendo ali-
 ter, & in alio loco, quā eis fuerit concessum, & frau-
 dando uectigalia ad beneficium studii ciuitatis Bono-
 nię deputata, de quibus in priuilegiis Butriensium nul-
 la mentio facta fuit, prout de iure specialis mentio tā
 quā de causa priuilegiata facienda erat: quo fit, ut
 indigni dictis priuilegiis fuerint effecti, ut in c. priuile-
 gium. & ibi glo. 11. questio. 3. not. in d. c. constitutus.
 in d. suggestum. & in d. c. cum accessissent. c. recolen-
 tes. uerū. si enim. de statu mona. & Petr. de Ancha. in
 consi. 104. Et ex quo priuilegia fuerunt concessa non
 solum loco, hoc est castro, sed etiam hominibus il-
 lius loci, per abusionem, & contra uentionem etiam
 particularium fit prauidicium priuilegiis, & illis dero-
 gatur, Anto. Ioan. de Imol. & Felin. in d. c. cum acce-
 sissent. colum. 15. per Innocētium in c. accedentibus.
 de priuileg. Nec obstat id, quod pro parte Butriensium
 dicitur, licitum esse debere ubique artem canapis ex-
 ercere, & maximē in dicto castro, alioquin species ser-
 uiturus esse diceretur. contra textum cum glo. in l.
 altius. C. de seruitu. l. loci corpus. §. competit. ff. de
 seruitu. uendi. & gloss. in cap. pię mentis. 16. questio.
 7. Quia ex praedictis responsio colligitur, nam per sta-
 tuta ciuitatis Bononię optimē considerata propter bo-
 num publicum fuit introductū, non posse extra ciui-
 tatem Bononię artem canapis exerceri, quia ¶ & se-
 cundum ius commune, & secundū bonum publicū
 12 artes, & negotiationes sunt in ciuitatibus, & non ex-
 tra ad commodum particularium, seu castrorum ex-
 ercendae, & maius bonum minori praefertur, ut in d. l.
 i. ff. solu. matrimo. Nec obstat fuisse derogatū in pri-
 uilegiis statutis ciuitatis Bononię, quia si specialis
 mentio de contentis in statutis, & de commo-
 do, ac utilitate, ob quā statuta emanarunt, facta fuis-
 set, utique Papa ad tantum prauidicium suae ciuita-
 tis nō concessisset. Et illa expressio generalis de statu-

ris sub inuoluto uerborum facta non debet
 tricenibus prodesse, ad not. per doctores in c. 1.
 super literis. de rescript. Nec obstat res uoluntas
 Butriensēs afferunt se habere contra homines
 Salariorum, quia haec obiectio nihil ad nos
 facit, cum sit res inter alios acta, ut in rubro. de
 C. res inter alios acta. & l. saepe. ff. de re iudicata.
 c. munitas enim Bononię est alia persona, &
 nunc super spolio contra dictos Butriensēs, &
 sequenter alia, & diuersa est causa, arguendo
 eandem. cum glo. ff. de exceptio. rei iudic. c. 1.
 diuersis non est inferendū, & maximē quia de-
 ctas Bononię habet alias causas, & alia media
 dicti apparet, ac in processu etiam cōstat. No-
 uerū est, quod Butriensēs tractent de damno
 nitas uerū Bononię de lucro, & quod causa
 sit fundata in iure commune, cōmunitatis
 tra ius commune, quia hoc retorquetur, & con-
 trarium est uerius, ut ex praedictis constare
 quod ars canapis deberet solum in ciuitate
 exerceri, est conforme iuri commune, secun-
 arres, & negotiationes potius in ciuitate, quā
 ritorio, & castris sunt propter maius bonū
 & in d. l. i. cum glo. de nundin. cū similibus
 munitas Bononię erat in hoc iure, & statū
 ergo illo nō poterat priuari absque facto
 citatione, & consequenter apparet ciuitati
 de damno, castrum uerū contra ius ciuitatis
 fiti de lucro respectu iuris, & status ciuitatis
 ius, & ad quem statum pristinū ciuitas ante
 bet reintegrari, ut supra dictū est, deinde
 tur de confirmatione dictorum priuilegiorum
 praedicta sunt potius cassanda, & annullanda
 confirmanda, & acceptanda. Nec dictū Butriē-
 se adiuuare praeterea paupertate sua ad obui-
 in hac causa cōtra ciuitatem Bononię, quon-
 da qualitate personarum, & locorum Butriē-
 13 ciuibus Bononiensibus ditiores, & ¶ in cōm-
 da paupertate est qualitas personarum, & hoc
 consideranda, ad nota. per Abba. & alios in c.
 accul. Praeterea & si uerum esset, quod essent
 pauperes, imō inopes, tamen hoc nihil ad
 facit, quia ¶ intuitu paupertatis, seu pietatis
 14 psonae nō dēmus aliis iniustitiam facere. c. 1.
 de fo. cōpet. c. nuper. §. qd̄ aut. extra de dona-
 15 uxor. Et ¶ magis fauorabilis est causa reipub-
 uitas. maximē in iis, de quibus agitur, quā
 castrorū ipsius ciuitatis, ut plenē habetur in
 lu. matri. & in l. i. ff. & C. de nundinis. La-

S V M M A E.

- 1 Actio finium regundorum propter terminos amotos non
 tione solius proprietatis etiam domino, nisi possideat
 derit, & num. 11.
- 2 Venditor in iudicio finium regundorum quando testis esse
 quando non.
- 3 De finibus rei uenditae standum est esse demonstrationi facta
 tore quomodo intelligatur.
- 4 Et an idem sit in haecibus ipsius uenditoris.
- 5 Actio finium regundorum quanto tempore praescribitur
 latur.
- 6 Praescriptio triginta, & quadraginta annorum procedit
 lo, & de iure civili cum mala fide, de iure autem cum
 bona fide.
- 7 In bona fide quis in dubio praesumitur, & non in uerba
 agi possit.
- 9 Actio finium regundorum propter terminos amotos
 icis, quando ipse dominus terminos amouit.

In Actio finium
 probandum.
 Praescriptio iudicia
 rationes illatas
 Liber est in fide
 modo id sit uer
 Vel saltem proba
 declaratur.
 Confirma probatur
 Dominum quom
 In antiquis facili
 Si autem loci des
 gium, quādo p
 De actione
 amotos quod
 quon non posse
 sum temporis
 Et que in ca
 storiū obtin
 C O
 Ilo
 que
 pro
 & l.
 Iuppitio ius
 num regunde
 ligitur iura e
 C. Annum regu
 cis. §. sequitur
 concluditur, &
 seu remediū
 ti conditio. in
 est an haec acti
 do dato sine p
 intente pot
 & audita, ut
 tiner. ¶ Quo
 rror, quod ha
 rit per domi
 conlita dep
 illorum de La
 ctors, seu ante
 sta, sique au
 tam in peti
 illos de Lanz
 ego occalio
 affectu ultra
 Lanzonis tur
 contra eos pe
 gundorum in
 propter fines
 solius prieta
 possideat, ut
 rum in uerū.
 Apoll. ad Ba
 gundorū. Sed
 ipia causam h
 ut dicitur, per
 lam nunquā p
 tatis non pot
 actione mou
 petiole terra
 tates, contest
 filios, & hered
 sitionibus app
 possit esse test
 empotes, qu

ca non debet
doctores in
ostat res iudic
contra homin
ectio nihil ad
a, ut in rubro,
ff. de re iudic
alia persona,
os Butrienses,
iura, argument
tio rei iudic
maximè quia
s, & alia media
etiam cõstabit
tent de damno
, & quod causa
communitatis
torquetur, & r
ctis constare p
am in ciuitate
mmuni, secun
in ciuitate, qu
r maius bonu
a. cū similibus
e iure, & statu
osque facto
pparet ciuit
tra ius ciuitat
statis ciuitat
nū ciuitas ante
i est, deinde c
am privilegior
a, & annulland
Nec dicit Butri
tate sua ad ob
Bononiae, quom
ocorum Butrie
res, & j in con
sonarum, & lo
Abba. & alios in
fct, quod esse
en hoc nihil ad
tis, seu pietatis
riam facere. c
extra de donat
est causa recipi
us agitur, qu
enè habetur in
undinis. La

*in fine finium regndorum quid ab agente, & quid a reo sit
probandum.
Professum iudicium dicitur, quando propter turbationes, & mole-
stias illas agitur, et in eo agens debet possessionem probare.
Liber agens fidem facit de possessione, & dominio: & an, & quo
modo id sit verum, num. 16.
In fine probat confinia, & terminos, & num. 16. & 18. ubi
declaratur.
Confinia probatur per sola iudicia.
Dominium quomodo probetur.
In antiquis facilius quid probatur, quam in non antiquis.
In antiquis loci determinandis confiniibus per instrumenta intelli-
guntur, quando plura, & diuersa instrumenta hinc inde extarent.*

EPITOME.

De actione finium regundorum propter terminos
amos quod non competat non possidenri, uel ei
qui non possedit, etiam si sit dominus, nec post
cursum temporis triginta, uel quadraginta annorum.
Et que in ea tam ab actore, quam a reo sint ad ui-
dendum obtinendam probanda, hic agitur.

CONSILIVM LXXVII.

Mo processu unā cū attestationibus utrius
que partis in causa turbationis cõfinium
pro parte do. Philippæ contra Ioannem,
& litis consortes de Lanzoniis mota, præ
supposito fuisse in hoc casu intentatam actionem fi-
nium regundorum, prout ex medio conclusè di col-
ligitur iura ea, quæ habentur in l. si quis. per scriben.
C. finium regundorum. & per Specula. in tit. de iudi-
cis. s. sequitur uidere. ubi in huiusmodi actione ita
concluditur, & ex medio cõcludèdi colligitur actio,
seu remedium intentatum ad tradita per Bar. in l. cer-
ti conditio. in princ. ff. si cer. peta. Primo uidentum
est an hæc actio ipsi do. Philippæ competierit. Secun-
do dato sine præiudicio ueritatis, quod hæc actio
intenter potuerit, an ipsius intetatio fuerit probata,
et si hæc actio, ut possit contra dictos de Lanzoniis ob-
tinere. ¶ Quoad primum concludendum esse arbi-
trario, quod hæc actio finium regundorum non potue-
rit per dominam Philippam intentari, quoniam, ut
constat de depositionibus testium tam ipsius, quam
illorum de Lanzoniis, dicta do. Philippa, ac etiam au-
tores, seu antecessores illius, uidelicet Ioannes bapti-
sta, & Iohannes auctores, nunquam ultra lignolam apposi-
tam in petia terræ, de qua in processu habetur, uersus
illos de Lanzoniis aliquid tenuerunt, uel possederunt,
ergo occasione petiolæ terræ, super qua litigatur, q̄
aliter ultra dictam lignolam occupata ab ipsis de
Lanzoniis turbando, & amouendo fines, non potuit
contra eos per dominam Philippam actio finium re-
gundorum intentari, nam si illa actio, quæ datur etiã
propter fines amotos, & turbatos, non datur ratione
solius proprietatis èt domino, qui non possidet, aut nō
possidet, ut uoluit Bal. in d. l. si quis. C. finium regūdo-
rum. in uerū. & est ista lex & c. quæ sequitur èt Alex. in
Apothi. ad Bart. in l. sed loci. s. sed si quis. ff. finium re-
gundorū. Sed do. Philippa, & Ioannes baptista, à quo
ipsa causam habuit, dictam petiolam terre occupatã,
ut dicitur, per dictos de Lanzoniis ultra dictã ligno-
lam nunquã possederunt, ergo ratione solius proprie-
tatis non potuerunt contra illos de Lanzoniis dictã
actionem mouere. Nec obstat, q̄ de possessione dictæ
petiole terræ, ut asseritur, occupatæ, constat per duos
testes, contentes uidelicet per Euangelistã, & Philippũ
filios, & heredes quodã Hieronymi, ut ex eorū depo-
sitionibus apparet, quia respõdetur, q̄ licet uẽditor
possit esse testis in iudicio finium regundorū inter duos
emptores, qui ab eo emerunt, ut in l. eos. ff. si. regun.

tamẽ iter unũ emptorem, & alium extraneũ, qui cau-
sam ab ipso uẽditore nō habuit, testis esse nō potest,
ut in d. l. eos. cū ibi not. non enim potest quis esse te-
stis in causa sua, uel quæ per indirectũ sua esse potest
ratione cuiusdionis, ut est uẽditor, qui emptori de cui-
ctione tenetur. gl. & docto. in l. nullus. ff. de testibus.
& in l. omnibus. C. eod. tit. Secundo respõdetur ex mē-
te Bar. in d. l. eos, q̄ uenditor èt non potest esse testis i
causa finium regundorū inter duos emptores, qui cau-
sam ab ipso uẽditore habuerunt: & licet tex. i. d. l. eos
uelle uideatur, stari debere demonstratiõni finium, quã
uẽditor fecerit, tñ debet intelligi, dũ modo uenditor
per alios testes probet tales fines esse ueros, & sic ille
tex. debet intelligi de alia demonstratiõne, quam in-
telligat glo. ibi, uidelicet de demonstratiõne finium,
quam uẽditor liquidè per alios testes facit, ut ibi per
Bart. ergo inferitur, quod dicti Euangelista, & Philippi-
pus, qui fuerunt filii, & hæredes Hieronymi uendito-
ris, nō sunt in causa huiusmodi testes idonei, tũ quia
ipsi sunt, qui do. Philippæ de cuictione tenerentur, &
sic de se releuãdo dicuntur agere, ut in d. l. omnib. &
in d. l. nullus. per glo. & doct. qui etiã in indiuiduo in
casu nostro ita declarãt, tũ quia & si iter duos empto-
res causam à dicto Hieronymo habentes i causa finium
regundorū testes esse potuissent, nō tamẽ in casu, quo
huiusmodi causa esset inter emptorem, qui ab ipso
Hieronymo emisset, & aliũ extraneũ, ut supra, tũ èt
quia licet ipsi uẽditori fortè permissum elset, ut is in
causa finium regundorū testis esse posset, & demon-
stratiõni cõfinium per eum factæ stari deberet, ut in
d. l. eos. non tamẽ probatur ibi stãdum esse dicto, seu
demonstratiõni hæredũ uẽditoris: inter hos. n. diuer-
sa est ratio, nã stari posset dicto & demonstratiõni uẽ-
ditoris, si scire potuit, & uerisimiliter præsumitur sci-
uisse illos cõfines, qui tẽpore uenditiõnis erãt, ut pro-
batur in d. l. eos. q̄ ratio cessat in filiis hæredibus, qui
patri uenditori successerunt, nã uerisimiliter factum
defuncti scire nō præsumuntur. l. q̄ in alterius. ff. de re-
gul. iuris. & argu. eorum, quæ habentur. in l. qui Ro-
mã. s. duo fratres. per Bar. & alios. ff. de uerb. obligat.
Ex prædictis itaq; inferitur, q̄ reiectis depositionibus
dictorum Euangelistæ, & Philippi, liquidò cõstat nō
apparere, nec probatam esse possessionẽ dictæ dom.
Philippæ, & Ioann. Baptistæ eius auctoris. ¶ Secundo
principaliter, q̄ do. Philippa non potuerit hac actio-
ne finium regundorū agere, nec illam cõtra reos cõ-
uentos in effectu mouere, demonstratur, nam ¶ & si
actio finium regundorum, non tollatur præscriptio-
ne longi tẽporis decem, uel uiginti annorū, quoniã
ille, qui partem terræ amouendo terminos occupat,
nō dicitur titulũ habere, ad tradita per Paul. de Cast.
in l. fin. in si. uer. C. fin. regun. tamen ea tollitur, & p̄-
scribitur spatio triginta, uel quadraginta annorū etiã
secundum ius canonicũ, ut est tex. in c. ex literis. de
probatio. ¶ quæ præscriptio procedit sine titulo, & de
iure ciuili cum mala fide, ut in l. sicut. & in l. si quis
emptonis. C. de prescrip. triginta annorum; sed de iu-
re canonico, quod est in utroque foro seruandũ, cū
bona fide secundum aliquos doct. & fortè magis cõ-
muniter. ut in c. si. ibique plenè habetur extra de præf-
scri. & in d. c. ex literis: & ¶ i dubio quis bona, nō autè
in mala fide præsumitur, ut latè habetur per Abb. &
alios in c. si diligenti. ubi gl. extra de præscrip. cū simi-
libus ibi allegatis. Sed præfati de Lanzoniis rei cõuẽ-
ti eorumq; antecessores, uidelicet pater, & auus eo-
mõ, quo nũc possident, & quatenus possidēt usq; ad
locũ dictæ lignolæ, q̄ est loco finium, & terminorū iter
ipsos, & dictã dominã Philippã, semper tenuerunt,
& possederunt nō solũ per decẽ, & uiginti, sed etiam
per triginta, & quadraginta annos, & ultra, ut satis
liqui-

AE.
erminos amotos
omino, nisi posside
um quando testis
e demonstratiõni
nditoris.
empore præscribitur
tra annorum præscri
e, de iure aucto
tur, & non in uer
annorum quando test
er terminos amotos
inos amouit.